

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XLIV. Tusculana Salviani. De commoditate emphyteuticæ  
hypothecabili ad favorem creditorem emphyteutæ non obstante expressa  
prohibitione alienandi, vel obligandi ipsam rem sine assensu, Et an ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

## TUSCULANA

SALVIANI

PRO

ANTONIO DE ALEXANDRIS

CUM

MARCO ANTONIO FUCILE.

*Casus decisi per Rotam contra Alexandrum.*

**D**e commoditate rei emphyteuticæ hypothecabili ad favorem creditorum emphyteutæ non obstante expressa prohibitione alienandi, vel obligandi ipsam rem sine assensu, Et an hujus commoditatis hypotheca sit exercibilis contraria tertium possessorem, in quem titulo singulari legitimo & dominii translative ipsa res emphyteutica transferit cum Dominii assensu.

SUMMA RIVM.

- 1 Acti series.
- 2 Hypotheca cedit super melioramentis rei emphyteutice.
- 3 Item super commoditate, quamvis ipsa res esset prohibita.
- 4 Quod declaratur.
- 5 Idem declaratur conclusio, de qua, num. 2.
- 6 De ratione, ob quam commoditas est hypothecabilis.
- 7 Fructus est sequela rei principalis, & non potest esse diverse nature.
- 8 De ratione ob quam habens assensum prafertur.
- 9 De veritate distinctionis in hoc proposito inter emphyteutis hereditariam & ex pacto.
- 10 Quando etiam successoris.

## DISCURSUS XLIV.

**D**OANNES Baptista Leonardus possidens domum constructam in solo habito in emphyteusim cum expressa prohibitione alienandi, vel obligandi, super ea censum imposuit ad favorem N. Fucilis absque domini directi assensu, cum quo deinde eamdem domum vendidit Antonio, contra quem creditor prædictus pro consecutione fructum decursum census judicium in interdicto Salviano instituit, & ab A.C. in prima instantia obtinuit, dictaque determinatio in gradu appellationis confirmata fuit per Rotam sub die 4. Maii 1654. coram Zarata, cuius resolutionis duo fuerunt fundamenta; Unum & quidem potissimum, quod ubi etiam ipsius rei solum stante dicta prohibitione non fuisset hypothecabile, cedebant tamen sub hypotheca melioramenta in eo existen-

tia, & in quibus utpote in ædificio ex integræ constructo major dictæ domus valor constiebat, ex copiosè deductis dec. 349. num. 4. & 5. par. 2. re. cen. Merlin. dec. 546. nu. 20. cum sequen. cum aliis in dicta decisione.

Alterum vero, quod ubi etiam ipsa res non fuisset hypothecabilis, rectè tamen sub hypotheca cedebat ipsius rei commoditas, juxta theor. Bart. in l. is qui §. usus fructus ff. de pignor. Et L. Codicillis §. instituto num. 4. ff. de leg. 2. Specul. 2. par. tit. de primo decr. §. 3. incip. Restat. num. 8. circa med. vers. item in vasallo, cum quibus transeunt cæteri communiter congesti per Rosenhal. de feud. cap. 9. conclus. 9. num. 1. & concil. 19. numer. 5. Barbofan. i. i. ff. fructus ff. solent. matrim. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. gl. 2. par. 1. num. 10. Amichangel. quæst. feudal. 18. num. 10. & sequen. & Rotam Romana Salviani 17. Aprilis 1643. & latius 9. Novembris 1644. coram Cerro, quarum prima est dec. 238. post Zacc. de oblig. 37. post Merlin. de pignor. & 167. par. 9. recent.

Et quamvis in ordine ad hoc secundum fundatum, scribens pro possessore dicerem illud rectè procedere, donec res est penes hypothecantem, vel ejus hæredem universalem, qui personaliter debitoris in universum representat, ac personaliter obligatione & actione afficitur, non autem ubi res titulo singulari legitimè translata est in tertium possessorem, cum quo exercibilis non est actio personalis, sed solum illud remedium, vel ea actio competit, quæ sit realis, vel sicut in persecutoria, utpote resultans ex obligatione ipsam rem sufficiens, ut ultra regulas generales, in his terminis specialibus firmant. Specul. in titul. de 1. decr. §. 3. incip. Restat. num. 8. circa med. ubi Joanne Andri. in addit. lit. B. & in alia addit. in rubric. de pignor. in fin. num. 30. lit. G. Afflict. in Constit. Regni si quis post item num. 18 Cenc. de cens. q. 19. num. 27 in fin. Salgad in labyrinth. par. 3. cap. 15. nu. 25. Attamen vistum fuit procedere cum distinctione, alias per eamdem Rotam in his terminis tradita in dicta Romana Salviani coram Cerro, ut scilicet id procedat in emphyteusi ex pacto & providentia, secus autem in mere hæreditaria se fundando in auctoritate Surd. dec. 102. numer. 14.

Quatenus igitur pertinet ad primum fundatum, illud esset solidum, quando substeret præsuppositum quod prohibito esset simpliciter adjecta rei non autem melioramentis; Sed ubi etiam istis esset adjectum, videbatur motivum absolute correre, utpote fundatum in dicto præsupposito, quod sub prohibitione obligandi rem non veniant melioramenta, sed illa restringatur ad ipsum solum concessum, ut constat ex allegatis auctoritatibus, & aliis per Fulgin. de emphyteusi ut de melioramenta quæst. 8. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 8. num. 40. & sequen. & qu. 11. num. 46. Salgad. in Labyrinth. lib. 3. cap. 3. num. 13. cum sequen.

Et licet in stricta iuri censura etiam tali casu neque illud substat, quories agitur de melioramentis ab ipsa rei substantia inseparabilibus, quæ tanquam accessoria, de jure sequuntur naturam principalis, & ex regula, quod una & eadem res non potest diverso jure censeri, præsertim quia prohibito esset de vento, ac terè semper elusoria remaneret in concessionibus nudi soli ad ædificandum, unde propteræ apud feudistas contrarium est omnino recepimus, præsertim in utriusque Sicilia Regnis, in quibus ex Constitutione Constitutionem dura memoria latius patet prohibito etiam hypothecandi, quam

quam de jure communī fundatorum in l. imperialem de probib. feud. alio per Feder. quod scilicet sub hujusmodi prohibitione, & incapacitate cadant etiam accessiones & melioramenta inseparabilia, utpote substantiata cum ipso feudo, & ejusdem naturae effecta, juxta distinctionem inter separabilia & inseparabilia, de qua post alias ab eis allegatos Rovii. cons. 101. lib. 2. Bilot. conclus. feudal. 63. de Marin. resol. 21. lib. 2. & est sapienter deductum sub se. de feudis.

Nihilominus excusabilis videbatur relolutio, Tum quia Rota & Curia tempor sequuta est hanc opinionem, sub cuius clypeo, & bona fide, innumeris gelbi fuerant contractus, unde esset inducere maximam revolutionem. Tum etiam ratione commercii, quod alias ob frequentiam, praeterea domorum hujusmodi qualitatis in hac regione, videretur quodammodo prohibitus. Et ex qua ratione multa in proposito permittenda sunt de juris censura non militaria, ex iis, quæ habentur in Farfani. hoc titulo disc. 8. & in aliis, quæ considerationes non intrabant in Romana concursus creditorum disc. 58. cum ibi prohibitio esset expressa, etiam respectu melioramentorum.

Omnino tamen iniubilans videbatur alterum resolutionis fundamentum, circa durationem hypotheca commoditatis, etiam postquam res transiit in tertium possessorem titulo singulari translativo dominii. Hoc enim, etiam cum sensu veritatis, dicebam videri presuppositum devians a principiis juris non solum ob dictas auctoritates id firmantes, inter quas magni faciendam observabam illam Afficti, utpote loquentis in terminis fundorum illius Regni, que sunt hereditaria. Sed clarus ex viva & convincentissima ratione; Si quidem inde in hujusmodi bonis prohibitis, & de sui natura sine Principiis assensu vel alia solemnitate in commercio non existentibus admittitur alienatio, seu hypotheca commoditatis, quia ista non consideratur tanquam jus sufficientis ipsam rem, ejusque substantiam, sed consideratur tanquam nondum factum ab ipsa re separatum, quia singitur rei fructus, eo ipso quod a solo separantur, utpote bona allodialia & indifferentia, illico cadere sub affectione ad beneficium creditoris, seu cessionarii, qui tanquam sui debitoris, vel auditoris procurator in rem propriam, ejus vice illos capiat, tanquam quid diversum ab ipsa re, ut constat ex eisdem auctoritatibus initio super principali conclusione allegatis, & bene Apont. cons. 34. numer. 8. cum sequent vol. primo, & ex qua ratione substantiarum praxis cedendi mediante pecunia commoditatem pensionum Ecclesi. siccaram absque Beneficio Apostolico, quod alias absque simonia practicari non posset, & de qua praxi sapienter habetur sub initio de pensionibus præterim in Almanen. Melphiciten.

Quibus ita stanibus, impossibile videtur, hujusmodi commoditatem experiri in frumentis nascentibus post ipsius rei translationem in alium, quia fructus non potest esse diversa natura, neque nasci in dominio alterius, quam eius, qui sit dominus ipsius rei principalis, & sua causa productiva juxta textum claram in l. 1. §. 1. & l. Paulus in principiis de pignor. quæ iura bene in proposito allegantur per Joannem Andr. & Specul. loc. cit. de primo decreto, quod etiam probatur in l. posterior §. de futuris qui potior in pignorebantur, ubi glosa cominister approbata per Bart. & alios ibidem s. de qui-

bis Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 51. num. 48. cum sequent. & alter Merlin. lib. 1. controv. 24. num. 5. Et hic propriè est sensus Bart. in l. si finita s. si de vellital. ff. de damn. infect. ubi Jas. Castr. & cateri, de quibus Apont. dicto cons. 34. num. 8. cum sequent. & Amichangel. de feud. dict. qu. 18. num. 50. cum sequent. ex quorum sensu, & ex mente, Andr. in locis per Amichangel. ubi supra allegatis & Affl. in dicta Constitutione si quis post item prodierat praxis concedenti tenutam seu immisionem ex primo decreto ad feudum creditoribus sine assensu, quod tamen ex Regia prohibitione, quamvis non scripta hodie non practicatur, ut apud Fran. dec. 704. & sic impossibile dicebam dare hujusmodi hypothecæ efficaciam & exercitum contra tertium, in quem legitimo titulo singulari translativo dominii res transiit.

Aliam quoque in proposito ponderabam irrefragabilem rationem, cui decisio nullatenus respondet, quod scilicet, ubi emptor legitimè, & cum assensu domini rem acquirit, potius ab ipso domino per organum venditoris, directè ac intermediè acquirere dicitur, cum assensu viri habeat novæ investitura, ex actu oculco extinctionis primæ, ut sapienter in proposito officiorum vellocorum Montium habetur deductum sub tit. de Regalibus, ac etiam, hoc eodem titulo in dicta Romana concursu disc. 58.

Ac etiam quia emptor efficitur legitimus creditor emphyteutæ venditoris pro evictione, unde propter ea resultabat favore possessoris altera receptio conclusio de qua in dicta Romana concursu creditorum, quod in hujusmodi prohibitis, creditors cum assensu, quamvis posteriores, vincunt credidores assensum non habentes quamvis anteriores, ex ibi deductis.

Et circa distinctionem inter emphyteusim pactionarum, vel hereditariam, procedi dicebam cum aliquo equivoco, illa enim rectè procedit in ea bonorum specie, quæ non sunt expresse prohibita hypothecari, nec alicuius oneris incapacia etiam durante iure ipsius emphyteutæ hypothecantis, sed sunt in ejus dispositione & hypothecabilia resolubiliter, quia nempe resoluto dicto iure refluvunt & evanescunt, juxta terminos textus in l. vestigial. §. publicanus ff. de pignor. de quibus in terminis census impositi super re emphyteutica latè agunt Cen. de cens. & Fulgin. de emphyteusis. Tunc enim attenditur, an emphyteutis esset ex pacto & providentia vel hereditaria, quia primo casu, durante etiam investitura, per mortem obligantis hypothecæ resolvuntur, & successori ab eis iurius remaneat utpote veniens iure suo independenter a praedecessore, secus autem in hereditaria, in qua successor agnoscit in autore ipsum hypothecantem, & quia res est capax hypothecæ, illa adhuc perseverat.

Quod adeo verum, ut posita capacitate, si emphyteuta iure suo durante rem cedat ipsius modo direto, seu præventive refuet agnato proxime successori, quamvis pacti & providentia, ita ut rei transitus ad dominum vel agnatum. Iequatur per actum voluntarium, & alias quam per deviationem, seu necessariam resolutioem, tunc hypothecæ & onera adhuc perseverant, quia durare dicitur, jus hypothecantis, quem interim donec sequeatur resolutio, dominus vel agnatus agnoscere dicitur in autorem, & in his terminis loquitur Sura. cum quo hujus cause decisio procedit dicta

*des. 102.* & habetur latius deductum in Auximana  
dotium sub sit. at date fidei commissi, ubi firmatur  
successorem primogenituram seu feudi vel similis rei,  
quamvis jure proprio, cui prædecessor præventi-  
vam restitutionem seu refutationem se erat ex f. u-  
erbis perceptis durante vita seu jure refutans, te-  
nere dorare istius filias, & ad alia onera tanquam  
possessor interim jure alieno non suo; Et sic pun-  
ctus non est in natura, seu qualitate concessionis,  
sed est in incapacitate ipsius rei, quæ ex lege acqui-  
sitionis est incapax recipiendi hypothecam, vel  
aliud onus reale sine praescripta solemitate, ut ha-  
betur in dicta Romana concursus creditorum, disc. 8.5  
ac etiam in materia officiorum, quamvis essent ta-  
lia, quod ipsa vel eorum pretium essent hereditaria, sub tie. de Regal. ad materiam officiorum & locorum  
Montium; Et habemus tanquam absolutum in  
feudis, præsertim in Regno Neapolitano,  
ubi habent admixtam qualitatem ultimi morientis,  
& tamen id nullius est operationis, quoniam ut  
dictum est, punctus consistit in ipsius rei incapacita-  
te, ut non sit apta recipere hypothecam vel aliud  
jus sine assensu.

ducitatis in casu contraventionis, unde cum dicta  
domus posseditrix plares census super eadem domo  
absque dicti Rectoris licentia imposuit, necnon  
pro maritanda nepre ex filia, omnia ejus bona in  
dorem constitueret, præsertim vero istam domum  
ad speciem reducendo. Hinc prætendere copia  
Rector, ob hujusmodi alienationes, vel de jure, vel  
tatione pacti, factum esse locum devolutioni, cuius  
judicio intentato contra Mazzucchellum ejusdem  
domus ex judiciali subhastatione possessorum non  
controvertentem solvere laudem pro ejus nova  
acquisitione, atque Ecclesiam in dominiam reco-  
gnoscere.

Pro isto scribens, improbabilem maleque fun-  
datam, etiam cum sensu veritatis, dicebam auctoris  
prætensionem; Quatenus enim pertinet ad aliena-  
tionis speciem deducitam ex impositione censum,  
attenta sola juris dispositione, secluso pacto, certum  
est, quod fave contractus esset emphyeusis, sive  
locatiofis, subprohibitione alienationis resultante  
a dispositione juris, non venit impositio census, ut  
poterit non importans translationem dominii vel juris  
realis, sed simplicem hypothecam, ut tanquam ab-  
solutum firmatur apud Seraph. des. 794. nn. 18. & 8.9  
ac verius de jure probant in his terminis Clari. 9.  
emphyensis quest. 21. Tiraquell. de retrat. signag. §.1.  
glos. 7. nn. 4. S. Mant. de sacri. lib. 11. tit. 4. nn. 2.4. Ful-  
gin. de emphy. sit. de alien. quest. 1. nn. 10.8. & sequen-  
tia quos cateti habentur.

Licet enim in materia prohibita alienationis  
bonorum Ecclesie juxta terminos extravag. ambitio-  
sa, ex recepta Doctorum interpretatione, imposi-  
tio etiam census veniat ut poterit induciva cuiusdam spe-  
cierum servitutis, seu onoris, Nihilominus cum DD.  
id firmaverit in dictis terminis, ut poterit magis rigor-  
osus ob Ecclesie favorem, ac majorem juris resisten-  
tiam, Eversus autem, receptum non sit in hister-  
minis emphyeuticis, quamvis ageretur de emphye-  
eus Ecclesiastica, cum utile dominum ut poterit in  
privata manu existens non dicatur Ecclesiasticum,  
neque cadat sub terminis dictæ extravagantis, ut ex  
Manis. Redan. & alio Fulgin. loco citato nu. 10.1. id-  
circo admittenda non est onerum & prohibitionum  
odiosa extensio.

Quod clarius in præsenti procedere dicebam,  
dum agebatur, non ad effectum annulationis actus,  
sed ad effectum penalis caducitatis, pro qua indu-  
cenda strictius proceditur; Siquidem in eisdem ma-  
gis rigorosis terminis extravag. ambitio-  
sa, per quam inducitur nullitas actus, sed pœna alienanti-  
bus infliguntur, licet sub nomine alienationis veniat  
etiam impositio census, attamen id recte procedit  
ad effectum nullitas actus, non autem ad effectum  
pœnarum, ad quem extravagans prædicta intelli-  
genda est de vera & propria alienatione, non autem  
de hac remota & impropria.

Quia tamen in hac facti specie concurrebat ex-  
pressa prohibito hominis, intrabat aliqua difficultas  
ex auctoritatibus collectis per Fulgin. dicto sit. de  
alien. quest. 1. n. 112. firmantibus cura hac distinc-  
tione prohibitionem impositio census, quoties ex-  
pressa prohibito accedit; Verum observabam in  
hoc æquivocari, quoniam auctoritates per ipsum  
deductæ percutiunt casum, in quo prohibito esset,  
nedum de alienatione simpliciter, sed etiam de ob-  
ligatione, sive ubi alienatio latissimo vocabulo sum-  
pta esset, ut constat ex deductis per eundem Fulgin.  
loco proximi citato, quod in proposito dici non po-  
terat, cum prohibito per verba præcisâ concepta es-  
set;

R O M A N A  
P R Ä T E N S E  
D E V O L U T I O N I S D O M U S  
P R O  
HORATIO MAZZUCHELLO  
C U M  
R E C T O R E  
E C C L E S I A E P A R O C H I A L I S  
S A N C T I N.

Causa disputatus coram A.C. sopitus  
per concordiam.

Impositio census, an sit species prohibita  
alienationis, ita ut per eam inducatur  
caducitas! Et quid de alienatione ex  
causa dotis, An eundem caducitatis ef-  
fectum operetur.

S V M M A R I U M.

- 1. *Causa controversia.*
- 2. Sub prohibitione alienationis emphyeu-  
sis an veniat impositio census.
- 3. An census venias sub prohibita alienatione bono-  
rum Ecclesie.
- 4. Ubi etiam veniret, quomodo evitetur caducitas.
- 5. De differentia inter emphyeusum Ecclesiasticum  
& privatam ad evitandam caducitatem.
- 6. Ignorantia excusat a caducitate.
- 7. Bona emphyeistica an possint dari in donum.
- 8. Statutum Urbis disponens bona emphyticatica pos-  
se dari in donum, an capiat bona Ecclesiastica.

D I S C U R S U S X L V.

**V**Sque ab anno 1530. concessa fuit  
domus controversa in perpetuum  
pro heredibus quibuscumque  
sub prohibitione tamen alienatio-  
nis irquisito Ecclesie domina  
directe Rector, sub pena ca-